nio videtur hic approbari in ista.l. similiter de iure communi erat dubium, an intelligatur hoc indistinctè in quocunq; milite, & Guillel. de Cugno dicebat q̃ non, sed tantum in milite militante: nam ei vt plurim ũ. l. fauet nõ aliis vt in. §. 1. insti. de testa. milit. & in. l. in testamẽto. & l. militis. C. de milit. test. & adde. l. 29. tit. 14. ea. part. & l. 15. tit. 3. pt. 6. & l. 4. fi. vbi tex. notab. tit. 11. 6. parti. & sic nõ procederet in milite veterano vel alio existente in domo sua, & istã opi. tenet ibi Ange. & Paul. de Castro, qui assignant rationem, quia milites militãtes prohibentur negotiari per se, vt in. l. milites agrum ff. de re milit. ideo in recompensationem sortitur hoc priuilegium: secus ergo si nõ militaret, sed staret in domo propria: quia tunc posset mercari per se, & ista fuit ratio dicti Guillel. de Cug. Bald. tñ ibi tenet contrarium imõ q̃ idem sit in quocũq; milite armatæ militiæ qui & subdit hanc esse communẽ opinionẽ & idem dicit ibi & tenet Saly. mouentur, quia. d. l. si vt proponis loquitur indistinctè, vt hic vides. l. ista approbat opin. Guillelm. & declarat quòd miles qui est in curia principis vel in alio quocunque loco, in seruitio regis, gaudeat hoc priuilegio, militant namq;, qui sunt in curia principis in eius seruitio, vt in. l. vnica. C. de comitibus & archiatris sacri palatii. lib. 12. & l. 1. C. de silẽtiariis & decurionibus eo. lib. & de proxi. sacro. scriniorum cæterisque in sacris scrin. militant. Sed quæro quis dicetur miles vt competat sibi hoc priuilegiũ, & vt vides doctores intelligunt de milite armatæ militiæ. & glo. in. l. penult. ff. ex quibus caus. maio. dicit q̃ multa debent cõcurrere, vt dicatur miles, nam debet examinari prius & iurare, q̃ mortem reipublicæ causa non euitabit & debet scribi in militum matricula, & alia quæ interuenire debent secundum glo. ibi & latè hæc habentur in. l. 14. titu. 21. parti. 2. & si omnia ista requiruntur: cùm hodie de consuetudine non fiant vel perraro fiant, nullus pene erit miles. qui hoc gaudeat priuilegio Vnde conclude, vt dixi in. l. 23. titu. 21. parti. 2. q̃ milites qui vacant armis pro suo superiore gaudent priuilegio militum, licèt enim ordo & solennitas in assumptione militiæ desierit esse in vsu: tamen effectus remansit. Vnde militantes in armis in regis seruitio, siue sint equestres milites, siue pedestres, gaudebunt priuilegiis militum: nam & est pedestris militia. l. à caligato vbi gl. & Bal. C. de nupt. dicit etiã Ludo. Roma. consi. 43. ad primum quæsitum, q̃ iura loquẽtia de militibus habẽt locum etiam in magnificis dominis, qui dati sunt exercitiis armorum alleg. l. fi. ff. de testamen. milit. & refert & sequitur Soci. in. l. centurio. col. 2. ff. de vulga. & pupilla. & Decius in rubr. C. de testa. milit. & adde ad hoc pulchrum dictum Paul. de Castr. in. l. scriniarios. C. de testa. mili. vbi quærit quid de ciue alicuius ciuitatis stipendiario, qui se in exercitiis armorum exercet, tamen non est miles sed seruit regi suo, & stat ad eius stipendia, vel suæ communitatis an gaudebit iste priuilegio militum, & licet arguat q̃ non sit miles: quia non iurauit, vt milites iurant, vt dicit. d. glo. l. penul. & quia recipit stipendia, sicut alii extranei: tandem ipse tenet contrarium dicẽs idem esse olim in ciuibus romanis, qui etiam recipiebaut stipendia, vt. C. de erogatio. milit. anno. per totum li. 12. neq; obstat secundum eum q̃ non iurant: quia illa obseruãtia non est hodie in vsu. & sufficit q̃ capitaneus eorũ iuret pro omnibus: non enim curatur hodie de istis ceremoniis antiquæ militiæ, vt tradit Bald. in. l. 1. ad fi. C. qui bonis cæde. pos. & secundum Marti. lauden. in tracta. de milite. q. 5. versi. 33. etiam nauali & pedestri militi competunt priuilegia militũ: similiter & militantes in curia regis gaudebũt hoc priuilegio, vt hic quod bene nota pro militibus officialibus principis qui residen in eius curia. Sed cũ milites officiales principis residentes in curia possint emere per se & per procuratores, cur eis hoc conceditur priuilegium? potest dici: quia sunt nimis occupati in seruitio Regis, & rei publicæ & absentes à suis prouinciis, vbi habent fortunas suas. Vnde dicebat Bald. consi. quodam. incipit in primis videndum, quòd gaudent Cardinales priuilegiis militum in testando, quia dicuntur militare in sacro consistorio principis. ex quo infert, quòd possent decedere p̃ parte testati & p̃ ptẽ intestati, licet de hoc dicto dubitare videt Soci. in. d. l. centurio. col. 2. tit. de vulg. & pupil. & relinquit cogitãdum, neq; intelligas de quocunque officiali residente in curia principis cum ista. l. dicat cauallero. debet ergo esse miles creatus à rege, seu aliquis capitaneus deditus militiæ qui ad tempus residet in curia deinde mittendus in res bellicas.

a ¶ *Menor de veynte y cinco años.* Idem dic de furioso & prodigo, cui bonis est interdictum, & omnibus qui sub cura sunt, vt in. l. 2 & ibi glo. C. de curato. furio. & tenet Bald. in dict. l. si vt proponis. & idem dic si ex pecunia. vel rebus minoris militis vel ecclesię factum sit debitum quod debeatur debitori eorum, nam etiam non lata sententia contra debitorem, & siue debitor eorum sit soluendo siue non & siue confiteatur debitum, siue non, potest miles, ecclesia, vel minor agere contra talem debitorem sui debitores, vt in. l. tertia. §. multa. ff. de iure fisci. & l. si pecuniam. ff. si certum. petatur. & notat Bald. in. l. tertia. C. quando fiscus vel priuat. & Ioan. de Plat. in. l. 1. colum. 2. C. de conue. fisci. debito. lib. 10.

estuuiesse en la corte del Rey: o en otro lugar en su seruicio, o si fuessen de menor de veynte e cinco años: [a] e el que fiziesse la compra le tuuiesse en guarda: [b] o si fuessen los dineros de alguna eglesia [c] e el Perlado, e el que fuesse guardador ala sazõ, fiziessen la compra, [d] o si fuessen los dineros dela

b ¶ *En guarda.* Adde. l. curator. C. arbi. tutel. & l. secundam. ff. quando ex fact. tuto. licet enim curator emat de pecunia minoris, nomine proprio res empta est minoris, quod intellige si minor eam velit vendicare. Vide per glo. not. & ibi Bart. & Bald. in. l. idemque. ff. qui potio. in pigno. habe. & est ratio, quia tales administratores tenentur emere pro minoribus de pecunia minorum: vt in. l. ita autem, in princip. ff. de administratio. tuto. & istam rationem ponit Bald. in. l. prima. C. si quis alter. vel sibi: si verò non esset tutor vel curator: sed aliquis extraneus, qui emeret de pecunia pupilli tunc res non efficitur minoris, quod intelligit Bart. post Thomam de Forliuio. in dict. l. si vt proponis. & in. l. filiæ, ff. de solutio. nisi in subsidium si emptor non esset soluendo pecuniam: quia tunc res empta secundum eos succedit loco pecuniæ, & quæritur ipso iure dominium minori, & idem tenet Iacob. de Raue. in dicta. l. secunda. quem ibi refert Alberic. mouentur, per dict. l. filiæ. ff. de solutio. qui text. secundum Baldum, & Salyc. in dicta. l. si vt proponis. hoc non probat, quia ibi tantum tractatur de liberatione argentariorum. De quibusibi à personali obligatione, bene tamen est fatendum, quòd res empta ex pecunia minoris est tacitè obligata per legem ipsi minori, vt in. l. tertia. in princip. ff. de reb. eorum. ex quo infertur, quòd minor non est dominus, vt in. l. neque pignus. ff. de regul. iur. & recte dicunt. Vnde concludendũ est, quod extraneo emente, neque in subsidiũ res empta erit minoris sed aget hypotecaria & sic habebit suam pecuniam.

c ¶ *Eglesia.* Approbat glossam in dict. l. si vt ptoponis. & in. l. vxor marito. ff. de donatio. inter virum & vxo. glo. in capitu. apostolicos. 12. q. 2. vbi & vid. de ædificio facto in solo clerici de pecunia ecclesiæ, q̃ erit ecclesiæ & sic eo casu solum cedit ædificio. q̃ ad hoc allegant Alex. & Iaso, qui eã dicit singularẽ in. l. 1. §. nuntiatio. ff. de noui operis enuntia. de quo vid. Ioan. Andr. in addit. ad Specula. tit. de empt. & vend. §. tertio loco. colum. 4. super parte apostolicos & Rochum in tracta. de iure patronatus. fol. 22. colum. 4.

d ¶ *Fiziessen la compra.* Requirit ergo, q̃ sit prælatus vel administrator ecclesiæ ille, q̃ emit de pecunia ecclesiæ, vt res sit ecclesię, vt hic dicit, & notant doct. in. d. l. si vt ꝓponis. tunc em̃ licet emat noĩe ꝓprio acquiret ecclesiæ sicut est in tutore & curatore minoris, & idẽ si prælatus emeret per interpositã p̃sonã: vt in. l. 3. §. si ab ignoto. ff. de manumissio. aduerte, q̃ a Bal. in. l. 3. co. 1. ℣. si. quæro. tñ lex nr̃a. C. de cõtrah. empt. videt restringere & limitare in casu in quo ecclesia nõ seruaretur indẽnis à sua pecunia, vt tunc in subsidiũ vẽdicet rẽ emptã de pecunia sua, in quacunq; persona cantet instrumẽtum q̃ esset magna restrictio ad istam. l. quia sic esset diuersitas inter ecclesiã & minorẽ: nã minor vendicat indistinctè rẽ emptã de sua pecunia per tutorẽ vl̃ curatorẽ, & nõ in subsidium vt dixi. §. in gl. in parte en guarda. Ego credo in hoc Bal. in aduertẽter fuisse loquutũ in. d. l. 3. q̃ a aliter ipse & alii loquunt in. d. l. si vt ꝓponis & cũ ecclesia fungat iure minoris, vt in. c. 1. & in. c. auditis. de in integ. resti. idẽ est in hoc dicẽdũ in ecclesia q̃d in minore & hoc satis ꝓbat in ista. l. si verò q̃ emit de pecunia ecclesiæ nõ esset prelatus: sed extraneus q̃ nõ gerebat negotia ecclesię, tunc res empta erit emẽtis suo noĩe. Dicit tñ Bald. sub dubio fortè in dict. l. si vt proponis. quòd erit obligata ecclesiæ, vt in dict. l. 3. in princip. ff. de rebus eorum. non ergo extraneo emẽte poterit ecclesia vendicare in subsidiũ, prout dicunt aliq̃ docto. signanter Ange. & Pau. de Cast. in. d. l. si vt ꝓponis. & dixi. §. in minore, q̃d tñ si prælatus mutuat pecuniã ecclesiæ fratri suo, ex qua emit prædia vtrũ prędia sint ecclesiæ? Bal. dicit q̃ nõ in. l. etiã. C. de fideicõ. versi. quæro si prelatus, q̃a cũ dominiũ pecunię trãsiuit in fratrẽ non potest dici, q̃ emit de pecunia ecclesiæ, & q̃d si sit actũ inter eũ q̃ emit de pecunia ecclesiæ & venditorẽ, q̃ neq; directũ neq; vtile dominiũ acq̃ratur ecclesiæ: sed solũmodo emptori & suis hæredib⁹ vi. ibi per Bald. versi. sed q̃d si est actũ & per eũdẽ in. c. 1. §. & quia vidimus. col. antepe. de his q̃ in feu. dare poss. in quo. §. vult. q̃ cõtrahentes nõ possint facere q̃ legis dispositio non habeat locum in actibus eorum. l. fi. ff. de sti-

2010 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación